



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

Regvla XL. Pluralis locutio, duorum numero est contenta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62169)

2, §, meminisse D, De inoff. test. l. Post legatum §, §, 1, D, De his quibus ut indig. l. Qui falsa 6, C, Ad leg. Corn. de fals. Eo enim ipso, quod quis impugnat fundamentum juris sui, videtur illi tacite renuntiasse, d. c. Cum olim circa fin.

Non tamen idem obtinet, ubi quis non iure factum testamentum coartendit, sed non obtinuit: siquidem non coartetur idem defuncti voluntatem impugnasse, sed de iure testamenti coartendisse, d. l. Post legatum §, 1, et l. pen. D, De his quib. ut indig.

aut si necessitate officii coactus quis testamentum alterius oppugnaverit, ut in tutore & curatore, §, si inter Inst. De inoff. testam. l. Adversus 30, §, 1, D, eod. De inoff. testam. l. Cum quadam 26, Cod. de admin. instor.

Adde, huic Reg. locum non esse, ubi quis ante sententiam destitit ab impugnatione; eo quod iura poenitenti & desistenti ignoscant, d. §, meminisse, et l. Alia 8, C. De his quib. ut indig.

REGULA XXXIX.

Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quae sequuntur ex illo:

Theodosius & Valent. Imp. Nullum enim pactum, inquit, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsertum, qui contrahunt, lege contrahere prohibente. Et paucis interjectis: Sed & si quid fuerit subsertum ex eo, vel ob id, quod interdici lege factum est, illud quoque casum atque inutile esse precipimus. Secundum itaque praedictam regulam, quae ubicumque non servari factum lege prohibente censuimus, certum est nec stipulationem huiusmodi tenere, nec mandatum ullius esse momenti, nec sacramentum admitti, text. in l. Non dubium §, C. De legib. Ratio est in l. Cum principalis D. hoc nostro tit. in cap. Accessorium, infra eod. ubi fustus persequemur.

Et secundum hanc regulam; Si res Ecclesiae vel minoris 25, annis, non servata iuris solemnitate vendita, commutata vel donata fuerint, quia contractus non coartitur, nec dominium ex eadem causa transfertur, cap. Si quis 6, Ext. De reb. Eccles. non alien. l. Lubemus 4, §, sane C. De SS. Eccles. l. 4, l. 8, C. De praed. et aliis reb. min.

Necia diversum movet textus l. 2, C. De cond. ob turp. caus. l. Si ob turpem 8, D. eod. ubi ex con-

tractu turpi & subsequenter nullo, res in accipientem ita transit, ut eius repetitio cesset; quia id accidit propter aliam iuris regulam: In pari delicto vel causa potior est conditio possidentis, c. In pari inst. eod. l. In pari et l. Cum par D. hoc tit. Adeoque turpitudine efficit, ne res data repeti possit, l. 2, et l. 8, D. de cond. ob turp. caus. Sic & possessio rei à marito donatae uxori transit in uxorem; non quidem ratione contractus donationis, qui à iure improbatu est, tit. D. et C. De donat. inter vir. et uxor sed ex eo capite, quod maritus uxori rem tradendo, abdicaverit à se possessionem rei, & uxori permissit, l. 1, §, si vir D. De acq. vel omis. poss. siquidem ex se pendet possessio, non verò ex contractu.

Neque impedit textus in l. Multum interest 6, Cod. Si quis alteri vel sibi: ubi ex praecedente contractu emptionis à marito, nomine uxoris perperam inito, dominium transfertur in recipientem, sive is maritus sit, sive uxor. Nam id fit, non tam vigore praecedentis contractus, quam ex novo consensu, qui tempore traditionis tacite intercessisse intelligitur, Barr. ad l. Non dubium, C. De legib.

REGULA XL.

Pluralis locutio, duorum numero est contenta.

Hae Regula in eisdem verbis extat in l. Vbi numerus 12, D. De testib. Exempla requiritur ex c. Is cui 9, circa fin. De praed. lib. 6, ex can. 61 Hoc quoque, de conserr. dist. 1, ex l. Inter aliam 217, in fine D. De verb. signific. ex l. Liberos 17, §, fin. D. De manum. testam. Idque idem, quod in obscuris id quod minimum est, sequamur, at supra exposi-

tum est, eod. ad c. In obscuris, Neque enim Reg. nostra ad illas species pertinet, quae certum numerum testium expressè requirunt; veluti in testamentis, in quibus regulariter septem testes, in codicillis & donationibus causa mortis quatuor exigunt, l. Hac consultiissima 21, C. De testam. l. nisi circa fin. C. De codicil. l. vlt. C. De donat. caus. mort. et aliis

aliis quibusdam casibus, de quibus apud Glos. & Dd. hic.

Ubi itaque lex vel conventio partium, pluralis numeri meminit, in dubio ad hanc Regulam confugitur, ut scilicet, duo sufficiant, *jurib. ante alleg.* Neque enim hæc pluralitas ad Græcorum loquendi usum revocari debet, qui si de duobus sermo est, duali; si de tribus vel plu-

ribus, plurali numero regulariter uti solent.

Sed neque ad pronomina pertrahenda est, ut sunt *nos, vos, nostrum, vestrum*: quæ etsi naturâ suâ plura denotent, in Pontificibus tamen & Principibus, aliisque insignioris notæ viris, ubi vel ipsi loquuntur, vel ad eos sermo est, non pluralitatem designant sed majestatem, sive dignitatem.

REGULA XLI.

Imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum.

Sumatur exemplum ex c. 1, *Ext. De clerico agrot.* Quo Clericus ægritudine impeditus beneficii sui fructus percipit; quia per eum non stat, quod minus Ecclesiæ inserviat. Et ex responso Pauli J. C. de servo, cui libertas legata est, si uno anno hæredi inservisset; Si enim propter valetudinem, aut aliam justam ob causam servare non possit, quod nihilominus hoc tempus anno imputetur, *ext. est in l. 4, §. Stichus si hæredi D. De statu lib.* Similiter is, cui parochialis Ecclesia collata est, licet intra annum ad præ possessionis cogatur ordinem presbyterii suscipere, excusatur tamen, si justâ ratione præpediatur, *c. commissus 3, §. 2, De elect. lib. 6.* Hinc rectè quoque dicimus, non valenti agere non currere præscriptionem, *ext. l. 1,*

§. fin. C. De annali præscript. adde Gl. & Atlicianus 35 D. De servit. rustic. præd. Hæc enim & id genus alia, ad hanc Reg. pertinent. Quæ tamen si facta tertii evenerint, magis est, ut impedito impotentur, *l. 2, §. fin. D. Si quis cautionib. vide ibi Castren. & alios*; licet in integrum restitui possit, *l. 1, & passim D. Ex quib. caus. majores.* Quod si ipse hoc effectavit aut causam præstitit, non est, quod illi succurratur; propter juris sententiam, quæ casus illi adscribitur, cujus culpâ accidit, *cap. unico D. De commod. cap. 2, Ext. De disp. in V. culpa, adde Glos. ad l. 5, §. sed inter d. Commod. neque excusati meretur, qui sibi necessitatem iniecit, l. Si fidejussor 7, §. 1, in fine D. Qui facildare cog. adde l. 2, §. si quis tamen D. Si quis cautionib.*

REGULA XLII.

Accessorium naturam sequi congruit principalis.

Prinipale appellamus, quod in re præcipuum est, & quasi causa illius, quod accedit. Horum itaque ea ratio se connexio est, ut, principali posito vel infirmato, itidem accessorium ponatur vel infirmetur. Varia hujus Reg. exempla utroque jure extant. Ut ecce, gratia S. Pontificis, sicut ejus mortem non exspirat, ita neque executorum in eam rem datorum potestas, quæ accessoria est, *c. Si super 9, Ext. De off. & pot. jud. deleg.* Item mandatâ causæ cognitione, & citatio partium & coercitio contumacis, aliaque, quæ ad ipsam causam spectant, tacitè continentur, *cap. 5, Ext. eod.* Item prædium legato vel vendito, comitatur & hortus, servitutes, reliquaque ad prædium pertinentia, *l. Prædium 91, circa fin. D. De legat. 3, l. pen. §. 1, D. Si servit. vind. l. Si æquiductus 47 in fine cum 2, l. segg. D. De contrah. empt. l. Creditor 52*

§. fin. D. De action. empt. Neque interest, quanti sit accessorium, sive plus in eo sit, quam in principali, sive minus, *l. Cum aurum 19, alias incipit, Esti non sunt §. pervenimus D. De auro & arg. leg. junctâ l. Si in emptione 34, circa princ. D. De contrah. empt.* Exceptâ tamen fidejussione, quæ in majorem summam sive causam daretur, quam est obligatio principalis, contrahi non potest, *§. fidejussores Inst. De fidejussor. l. Gracè §. illud D. eod. tit.*

Exempla de sublato vel vitiatò principali hæc adferri possunt. Liberato reo liberantur & fidejussor, *re Inst. Quib. mod. toll. oblig. in princ. l. fin. D. De pact. & pignora, l. Acceptam 19, C. De usuris, l. Item liberatur 6, §. 1, D. Quib. mod. pign. vel hypoth. sol.* Rupto paterno testamento, quod principale est, concidunt & pupillares tabulæ, quæ accessoriae sunt, *l. Papinianus 8, §. sed nec impuberu D. De inof. ta-*